

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Mathæo Præposito Et Canonicis Ecclesiæ beati Laurentij de lovisvilla tam
præsentibus quàm futuris in perpetuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

*.. TURONENSI ARCHIEPISCOPO,
&.. Episcopo Andegaveni, &.. Abbatii
de Oratorio Cisterciensis ordinis Ande-
gavensis dioecesis.*

Epist. 26.
Super eodem
ut supra.

CVm Hilarius quondam Abbas Bur-
gulensis &c. in eundem modum usque
commorari, dilectis filiis.. Majoris mo-
nastrerij, .. sancti Iuliani, &.. sancti Flo-
rentij Abbatibus Turonensis & Ande-
gavensis diocesum per nostras damus litteras
in præceptis ut eundem extra claustrum
prædictum vagantem &c. in eundem ferè
modum usque revertatur. Quocirca discre-
tioni vestræ per apostolica scripta manda-
mus quatinus si præfati Abbates fecus,
quod non credimus, præsumplerint at-
tentare, vos illos ab hujusmodi præsum-
ptione per censuram ecclesiasticam appelle-
latione postposita compescatis. Quod si
non omnes, duo vestrum &c. Datum ut
in alia.

*MATHÆO PRÆPOSITO ET
CANONICIS ECCLESIAE BEATI LAURENTIJ DE IOVIS-
VILLA TAM PRESENTIBUS QUAM FUTURIIS IN PER-
PETUUM.*

Epist. 27.
Suscipiuntur
sub protectione
felis apostoli-
cæ cum omni-
bus coram bo-
nis, libertati-
bus, immuni-
tatis, ac pri-
vilegiis.

Pla postulatio voluntatis effectu de-
bet prosequente compleri, ut &
devotionis sinceritas laudabiliter enite-
cat, & utilitas postulata vires indubitan-
ter assumat. Ea propter, dilecti in Do-
mino filij, vestris justis postulationibus
clementer annuimus, & præfatum Eccle-
siam beati Laurentij de Iovisvilla, in qua
divino estis obsequio mancipati, sub bea-
ti Perri & nostra protectione suscipimus,
& præsentis scripti privilegio communi-
mus. Præterea quacunque possessiones
quacunque bona eadem Ecclesia in præ-
fensi justè ac canonice possidet, aut in
futurum concessionem Pontificum, largi-
tione Regum vel Principum, oblatione
fidelium, seu aliis iustis modis præstante
Domino poterit adipisci, firma vobis ve-
strisque successoribus & illibata perma-
neant, in quibus haec propriis duximus
exprimenda vocabulis. Locum ipsum in
quo memorata Ecclesia sita est, cum om-
nibus pertinentiis suis, quicquid habetis
apud Iovisvillam, Ecclesiam de Ova,
cum appenditiis suis, & quicquid in ea-
dem villa habetis. Altaria de sancto Quin-
tino & de Berveres, cum appenditiis suis,
quicquid habetis apud Manisd. & Semin-
curten, quicquid habetis apud Waf-
seum, quicquid habetis apud Moruncur-
ten, quicquid habetis apud Charmes.

quicquid habetis apud Sememonten,
quicquid habetis apud Doniors, & jus
quod habetis in præbendis de Saleio. Se-
pulturam quoque ipsius loci liberam esse
decernimus, ut eorum devotioni & ex-
tremæ voluntati qui se illic sepeliri deli-
beraverint, nisi excommunicati vel inter-
dicti fuerint, nullus obsistat. salva tamen
justitia illarum Ecclesiarum à quibus mor-
tuorum corpora assumuntur. Libertates
præterea & immunitates Ecclesie vestre
concessas, necnon antiquas & rationabi-
les consuetudines hactenus observatas,
ratas habemus, & eas futuris temporibus
illibatas permanere censemus. Decerni-
mus ergo ut nulli omnino hominum li-
ceat præfatum Ecclesiam temere pertur-
bare, aut ejus possessiones auferre, vel
ablatas retinere, minuere, seu quibusli-
ber vexationibus fatigare; sed omnia in-
tegra conserventur eorum pro quorum
gubernatione ac sustentatione concessa
lunt usibus omnimodis profutura. Salva-
tis apostolicæ auctoritate, & diocefani
Episcopi canonica justitia. Si qua igitur
in futurum ecclesiastica secularisve per-
sona, hanc nostræ constitutionis paginam
sciens, contra eam temere venire tenta-
verit, secundò tertiove commonita nisi
reatum suum congrua satisfactione corre-
ixerit, potestatis honorisque sui carcer dignitate,
reámque se divino judicio existere
de perpetrata iniquitate cognoscat, &
à sacratissimo corpore ac sanguine Dei &
Domini nostri Iesu Christi aliena fiat,
atque in extremo examine districta subja-
cea ultiō. Cunctis autem eidem loco
sua jura servantibus sit pax Domini nostri
Iesu Christi; quatinus & hic fructum bo-
na actionis percipient, & apud districum
judicem præmia aeterna pacis inveniant.
Amen. Datum Laterani per manum Io-
hannis sanctæ Mariae in Coſmidin Dia-
coni Cardinalis, sanctæ Romanae Ecclesie
Cancellarij, XI. Kal. Aprilis, Indictio-
ne IX. incarnationis dominice anno
MCCVI. pontificatus vero Domini Inno-
centij Papæ III. anno decimo.

*HELIÆ ABBATI DE RADINGIA,
ejusque fratribus tam presentibus quam
futuriis regulari vitam professi in per-
petuum.*

IDdeo sumus, licet immeriti, divina
disponente clemencia ad fastigium
summi pontificatus assumpti ut pro uni-
versarum Ecclesiarum statu pastorali fol-
licitudine debeamus & cura satagere, ac

Epist. 28.
Suscipiuntur
sub protectione
&c. ut supra,
cum quibusdam
aliis elemosynis
favo religio-
nis concessis